



175.  
4.  
DISCURSUS JURIDICUS

1648, 8

De  
OCCUPATIONE  
BELLICA

18

Cujus Subjectas adsertiones

FAVENTE S.S. TRIADE

SUFFRAGANTE MAGNIFICO ET NOBILISSIMO  
JCTORUM ORDINE IN ILLUSTRILL. NUTRICE  
SALANA

MODERATORE

*VIRO Consultissimo atq; Clarissimo*

DN. JOHANNES THOMÆ

J. U. Doctore, Patrono Promotore ac Præceptore  
suo omnimodæ observantiæ cultu nunquam  
satis adficiendo

*Examini Placido Submittit*

CHRISTOPHORUS PATTONE

Regiomontanus Prussus.

IN ACROASI JCTORUM

ad d. Sept.

Justissima patiendi vice, quod quisq; alieno excogitavit  
Supplicio, excipit suo, Sen.

---

J E N Æ,

è CHALCOGRAPHICO LOBENSTEINIANO.

Anno c<sup>o</sup> l<sup>o</sup> c III.



DISCURSUS JURIDICUS

DE OCCUPATIONE  
BELLICIA

Cuius subjectus adhaerens

PAVENSIS EST TRIAGE

CONSTITUTIONE ALIQUANDO ET YOBILISSIMO

SCIENTIAE OMNIA IN ALIQUO ET ALIQUO

SCIENTIA

MODERATORE

ALIO CONSTITUTIONE ET ALIQUO

DE OCCUPATIONE BELLICIA

ALIO CONSTITUTIONE ET ALIQUO

SCIENTIA OMNIA IN ALIQUO ET ALIQUO

SCIENTIA

MODERATORE

CHRISTOPHERUS TRIAGE

ALIO CONSTITUTIONE ET ALIQUO

SCIENTIA OMNIA IN ALIQUO ET ALIQUO

SCIENTIA

MODERATORE

ALIO CONSTITUTIONE ET ALIQUO

CHRISTOPHERUS TRIAGE

ALIO CONSTITUTIONE ET ALIQUO

SCIENTIA OMNIA IN ALIQUO ET ALIQUO







**D**Accem faxit DEUS, pangant He-  
roës! Jurisprudentiæ est, ut in bello  
jura Pacis, ita & in pace belli Jura medi-  
tari. Quæ verò, inquires, Jura, si leges  
inter arma silent? Ita est. silent. habent  
ergò arma suas leges, quibus torpor il-  
le est excutiendus, ut silere desinant. nec ubique silent,  
nec omninò, nisi tot scripta, quibus belli Jus defendi  
vidimus (Manifesta vocant) unâ delere velis lineâ. Pu-  
blicum id Jus est, de quo inter ipsos, hostes disceptari  
solet. neque, si de privato quæras, causæ desunt inter  
cives quotidie atque milites ventilatæ, decisæ. De  
singulis singula à nobis ne expectes. Paucula sunt.  
En habes.

#### DE OCCUPATIONE BELLICA.

**I**nscriptio † illicò ne offendat, veremur. Occupatio in-  
quit Sutholt. *diff. 4. §. 21.* est rei, quæ nullius est, animo do-  
mini facta apprehensio. res vero hostium alicujus esse, vide  
apud Eundem *d. l. §. 37. junct. §. 31.* Colorem ei † rei quære-  
possemus, si cum Wesenbecio in *Isag. Instit. lib. 2. n. 14.* & Gro-  
tio de *Jure Belli & Pac. lib. 3. c. 8.* diceremus, res hostium pro  
rebus nullius haberi; aut cum Gœddeo *ad l. 3. §. 1. n. 8. de V. S.*  
pro rebus derelictis. Sed apertè Sutholt *d. §. 31. & 37.* appre-  
hensionem rerum nullius, quam per solam dicit fieri occupa-  
tionem, à capturâ bellicâ discernit. Quid † ergò? aut oc-  
cupationem quandam hoc sibi nomen in specie vindicare?  
*Confer Vult. ad §. feræ I. de rer. divis.* aut definito suo angustio-  
rem eam esse definitionem, fatendum. Si verum est (verum † 4.

A 2                      autem



autem est *L. 51. §. 1. de acquir. rer. dom.*) res & urbes occupatas  
§. dici, quæ ab hoste captæ sunt. Nec ꝑ animum domini re-  
quitemus, plures, quàm dominii acquisitionem, occupatio-  
nis bellicæ esse posse effectus, vel ex sola personarum, quæ ho-  
diè liberæ manent, captivitate manifestum est. Paucis: Oc-  
cupatio bellica (quam pro expeditione ut in *l. 36. §. 1. C. de  
donat.* hîc non accipimus) est rerum aut personarum hostili-  
um animo hostili in bello facta apprehensio.

- I. Postquam ꝑ enim hostium vires quocunq̃ modo fran-  
gere Gentium mores concesserant, infinita illa nocendi licen-  
tia Occupationi nostræ sat latam aperuit fenestram. Confer  
II. ORIGO *Gædd. d. l. n. 6.* tum certare odiis tum res rapuisse licebat. neq̃;  
quem privare vitâ poteras, bonis exuere aut capere durum vi-  
debatur. Confer *Cic. lib. 3. de Offic. vers. nam quod ad Phalarim.*
2. Quæ ꝑ quidem omnia cum ipso bello juri naturali erant in-  
cognita. *§. 2. vers. bella etenim. I. de Jur. Nat. Gent. arg. l. 5. de  
Just. & Jur.* Sive istud Jus examines ad definitionem Ulpiani,  
3. *in l. 8. §. 3. de Just. & Jur.* Sive ad aliorum. Nec ꝑ contrarius  
est Aristoteles, *Lib. 1. de Rep. c. 8. (al. 5.)* bellicam quodammo-  
dò secundum naturam acquisitivam adferens, quodammo-  
dò, ait; ob qualitatem, puto, personæ occupandæ, (ut vult)  
naturalem, aut causam belli impulsivâ. non ergò simpliciter,  
4. non ob ipsum modû. Nec ꝑ omnē rationē naturalem suffice-  
re ad inducendum Jus naturale, pluribus cogitavit Anton.  
Faber. *Jurispr. Papin. tit. 11. princ. 7. illat. 19. & tit. 2. princ. 2.*  
ut omninò diversitas aliqua sit inter id, quod secundum na-  
turam, & id, quod ex Jure est nat. Aliter explicat Grotius *lib.  
5. 3. c. 6. §. 2.* Quid ꝑ multis? Belli Jus, quod majestatis est  
particula, ex eo jure esse necesse est, ex quo regna, respUBLICÆ,  
6. & ipsa majestas, i. e. ex Jure Gent. *d. l. 5. de Just. & Jur.* nec ꝑ  
id occasionaliter tantum, uti loquitur & sentit Vasquius;  
*Controv. par. 1. c. 9. n. 4. & seq.* (dominiorum distinctionem  
bellis occasionem præbuisse, quod verò ea distinctio ex Jure  
Gent. esset, ideò & bella Juris Gent. dici cœpisse, putans) sed  
7. imò ex vera istius Juris constitutione, quod ꝑ cum (immeri-  
tò contradicentibus Antonio Fabro *d. tit. 2. pr. 2. Confut. 1. &  
pr. 4.*



pr. 4. conf. 1. & aliis) vel primævum † sit : i. e. ante gentes in- 8.  
troductum in primis illis Societatibus, (undè domesticum  
appellatur *V. Riemer. decad 1. q. 5.*) usurpatum tamen postea à  
gentibus ; Vel † secundarium, i. e. ab aucto & in gentes coa- 9.  
lescente genere humano demum constitutum : *V. Excellentiss.  
Dn. D. Struve. Exerc. 1. §. 34.* (politicum dixeris) facile appa-  
ret, ad posteriorem speciem bellum pertinere, & per ho: 10.  
occupationem bellicam. Quorsum tamen etiam pertine-  
ret, si vel Schotanium secuti secundarium illud Jus ex confi-  
ctu rationum ; aut alios, ex utilitatis vel necessitatis impulsu  
definiremus.

Occupationem † diximus esse rerum vel personarum. I.  
hostilium. Rerum, inquam, sive universalium (cum & ter- III. OCCU-  
ritoria integra possint occupari) sive singularium, & † harum, PANDUM  
sive mobilium, sive immobilium, nec enim, (quicquid ve- 2.  
lint alii, immobiles invadi *§. pen. l. de vibon. rapt.* mobiles de-  
mum occupari statuentes) solarum mobilium occupatio est.  
*L. 5. C. de rei. vindic. l. 7. §. 3. de acquir. rer. dom. §. 22. f. de rer. div.*  
agros occupari quoties apud Authores historiarum Romanarum ?  
¶ Personarum † itidem in hostium potestatem veniunt, vel uni- 3.  
versarum, (ut universitas, civitas &c.) vel singularium. Harum † 4.  
Occupatio specialius Captivitas dici solet : maximè respectu  
personarum captarum, sicut Captivitas magis respectu capientis. Eti-  
am † rerum captivitatem Treutlerus *vol. 2. disp. 20. §. 2.* dicit. 5.  
utrum rectè, dubitat ibi Bachovius. Sed imò & agros ca-  
ptivos reperies apud Tacitum, *Annal. lib. 12. c. 32. §. 4.* & capti-  
vitates in genere postliminiis oppositas ap. Ulpianum *l. 21. §. 1.*  
*de capt.* ¶ Hostiles † personas intelligimus tum mili- 6.  
tes ipsos, tum quascunque adversarum reipubl. partes, sive prin-  
cipales, ut cives ; *de quib. v. l. 7. C. d. incolis.* sive minùs prin- 7.  
cipales & quasi accessorias, ut incolas, qui ex causa domicilii  
majestati istius reip. subjiciuntur *arg. l. 29. ad municipal. junct.*  
*d. l. 7.* Nec † interest, utrum in hostili solo, an in nostro 8.  
*l. 12. pr. de captiv. an alibi l. 3. §. fin. de sicar. v. tamen Grotium*  
*lib. 3. c. 4. §. 8. & cap. 6. §. 26.* deprehendantur. neque † foemi- 9.  
nas excipies, aut infantes, aut senes, *confer. l. fin. C. d. postlim.*  
postquam



postquam has etiam personas interfici posse probat Grotius  
*d. c. 4. §. 9.* à quo tamen rigore leges mitiorum populorum,  
 Germaniæ cum primis, Neutterbestall. anno 1570. art. 7. Fuß-  
 knechtsbestall. anno 1570. art. 57. & Daniæ, Dennemerck.  
 10. Kriegsgr. artic. 40. merito recedunt. Peregrini, † qui vi-  
 sendæ fortè regionis, aut aliorum negotiorum causa ibi com-  
 morantur, quoniam in societate illâ civili (ut partes) non  
 11. sunt; nec † ad majestatem aliquem respectum habent, (ut  
 est majestas, illa reip. mensura) sed quatenus penes eandem  
 dominium est territorii, & per hoc potestas peregrinos arcen-  
 di, expellendi, admittendi, tolerandi, vel sine, vel sub certis  
 1. conditionibus, quas † leges appellare licet, non quidem  
 formaliter majestaticas, majestaticis tamen istis, i. e. propriè  
 13. dictis non multum absimiles. Quorsum verò † hæc? in-  
 quies. Nempè eò, ut Peregrinum subditorum numero exi-  
 mas, & ab occupationis bellicæ periculo, utut in hostili fortè  
 solo constitutum. nec n. terra hostem facit, sed societatis ho-  
 14. stilis communitio. Sanè † si quid damni accidat Peregrino  
 vel bonis vel corpore, dum est in hostico, læsis, excusamus  
 lædentem, qui, quemvis in hostico deprehensum hostem præ-  
 15. sumens, ex ignorantia justâ nocuit. Quod si † peregrinum  
 istum ipsum nocuisse aut nociturum esse verisimile sit, offen-  
 16. di etiam à sciente potest, & pro hoste haberi. Utique † ne-  
 quid in se crudelius admissum quis conqueri habeat, pruden-  
 tius facturus est & humanius, qui bellum gerit, si denunciet  
 Peregrinis, ut discedant, exêplo Corcyræorū, quod refert Gro-  
 tius, *Lib. 3. c. 4. §. 7. ceterum §. 6. de Peregrinis paullo aliter sentiens.*  
 17. ¶ Res † hostiles perinde censemus esse non quasvis in ho-  
 stico deprehensas v. Grot. *lib. 3. c. 6. §. 5. & 6.* sed eas tantum,  
 18. in quibus hostes dominium habent, ut † tamen hæc, ubicun-  
 que reperiantur, sive in hostili solo, sive in nostro *l. 51. §. 1. de*  
 19. *acquir. rer. dom.* (ubi † interdum occupationem per brevem  
 manum locum habere posse, non malè tentaveris; *non obst.*  
*l. 1. §. 2. vers. quoniam D. pro donate ad similitudinem tradi-*  
*tionis ita dictæ de quâ §. 44. Inst. de rer. divis.*) sive in eo, quod  
 est nullius, sive in extraneo (patiente maximè, Domino terri-  
 torii



torii *Grot. d. lib. §. 26.*) apprehendi possint. Dominium † 20.  
istud parum interest, quo jure aut titulo ad hostes pervenerit.  
Etiam † res, quas ipsi vi bellicâ eripuerunt aliis, firmiter à 21.  
nobis in bello occupari, nobisque occupantibus adquiri latè  
probat *Grot. d. l. §. 7.* exemplis per sacras & profanas historias  
conquisitis. quamvis † humanitatis sit, prioribus dominis 22.  
res eis iniquè ereptas restituere. quorsum referimus exempla  
à *Grotio lib. 3. c. 16. congesta, adde Genes. 14. vers. 21. & seqq.*  
*unde explicandus c. 25. causs. 23. q. 5.* At res † quas à nostris ci- 23.  
vibus ceperunt hostes si iisdem noster eripiat miles, receptæ  
potius videntur, quam occupatæ, atque idcirco jure postli-  
minii (nisi eo careant, *ut l. 2. §. 2. l. 3. l. 13 §. 4. de captiv.*) ad pri-  
stinum dominium vel statum revertuntur, *l. 12. C. de postlim. l.*  
*19. §. 5. l. 20. §. 1. de captiv. §. 5. I. quib. mod. Jus Patr. potest. non*  
*obst. † l. 28. de captiv. (ubi de rebus, quas nostrates non in bello 24.*  
*amiserunt, sermo est) adeo † ut ne pretium quidem earum, 25.*  
*sive in continenti, sive ex intervallo recuperatæ sint, arg. nov.*  
*36. Pragmat. Sanct. Justinian. c. 1. & seqq. & c. 13. diff. Angel. &*  
*aliū per l. 3. §. 9. de vi & vi arm. l. 44. de adquir. rer. domin. l. 43. §.*  
*11. de furt. recuperantibus, etiam stipendium à Repub. nul-*  
*lum habentibus, diff. Ripa debeat. non obst. l. 21. pr. de captiv.*  
*ut ut † laboris atque periculi ob recuperationem suscepti re- 26.*  
*muneracionem exigi posse quis concedat arg. l. 4. §. 1. ibi. datâ*  
*mercede D. d. l. Rhod. de factu.* ¶ Sub † rebus, in quibus 27.  
hostis dominium habet, & eas comprehendimus, quæ in pu-  
blico hostium sunt patrimonio, *ut l. 1. de rer. divis.* nec † illas, 28.  
quæ aliâ ratione in Reip, hostilis cura sunt, ut res divini juris  
*l. 36. de relig.* volumus exclusas, quamvis hæ omnes respectu  
dominii privati nullius esse dicantur. *d. l. r.* ¶ Sciendum  
† tamen, esse omninò in potestate bellum gerentis, si res velit 29.  
aut personas certas à promiscuâ illa occupatione excipere.  
Ita † Legibus Germaniæ excipiuntur, aratra, furni, molen- 30.  
dina; *Neuterbestall. artic. 69. Jusfnechtbestall. artic. 53.* Le-  
gibus † Sveciæ quævis instrumenta rustica, *Schwedisch 31.*  
*Kriegsr. artic. 77.* & quorumcunque non militantium res  
& personæ *artic. 79. 81.* ut has, nisi in urbe &c, per vim captâ  
depre-



deprehendantur *artic. 85. 86.* sine singulari concessione *dict. artic. 81.* diripere non liceat. Quo respexisse videntur Domini Scabini Jenenses in Responso, quod refert Magnificus Dn. Richter *decis. 96. n. 130. ibi.* Die Schwedische Soldaten auch angeregtes Vieh nicht Jure belli, sondern vff Strassen / in Städten / Flecken vnd Dörffern wieder ihre Articul- Brieffe den Leuthen entweder heimlich entwend / oder mit Gewalt abgepreß.

- IV. OCCU-  
PANS.
1. Quid occupari possit, vidimus. Occupandi † Jus non solus habet miles, sed, cum populo, non militibus bellum indicatur *l. 24. de captiv. l. 118. de V. S.* quivis subditus aut pars adversæ reipubl. uno verbo, hostis *d. l. 24.* neq; † enim bellica occupatio uspiam inter militaria recensetur privilegia; neque ubi inter communes acquirendi modos refertur *l. 5. S. fin. de acquir. rer. dom. S. item ea, quæ f. de rer. divis.* uspiam
  2. ad milites restringitur. Et † qui restringi potuisset, si verum est, res Jure belli occupandas pro rebus nullius haberi? *v. po. sic. 1. n. 2.* Ajunt: † (1.) si quisq; occupandi habeat potestatem, quemque (non solum militem) peculium habere posse castrense (2.) at in exercitu non tolerari, qui juramento militari devinctus non sit. Neuterbestall. *artic. 25.* imò (3.) Jus non esse, qui miles non sit, pugnare cum hoste. Quæ verba sunt Catonis, apud Cicer. *lib. 1. de Offic. vers. Ac belli quidem, juramento solutum & nihilominus apud exercitum manentem*
  3. filium, ne cum hoste pugnaret, monentis. Sed † ut, quod res est, dicamus (1.) Castrense peculium non illud est, quod ex hoste ad nos pervenit, quod in castris, quod in militiâ, & ejus quæritur occasione, id demum castrense dicitur. (2.)
  4. Non † unumquemque in exercitu tolerari, ex inhabilitate ad occupandum non est, sed ex ratione disciplinæ militaris, ne ea, cum in numeros non relatus detrectare possit imperiû militare, & imperata defugere, turbetur, atque periculosa oboriatur exercitus confusio. Neuterbestall. *d. art. 25.* Huc
  5. † ergò Sacramentum istud militare spectat, ut ad pericula subeunda, ad exantlandos labores, & præstanda obsequia miles obstringatur sine exceptione, non ut idoneus fiat ad occupa-

occupa-



occupationem bellicam. (3.) Catonis † dictum de pugna 8.  
solenni inter exercitus committenda intelligi potest: aut  
cum Grotio *lib. 3. c. 18. §. 1.* ad Jus Romanum (non Gentium)  
referri. timere forte Romani, ne si temere cuique hostem  
impetere liceret, victis læpè civibus Reipubl. carendum esset.  
Sed † esto, pugna non militi interdictum esto! an ergò oc- 9.  
cupatio citra pugnam fieri non poterit? *v. l. 51. §. 1. de acquir.*  
*rer. dom. & quæ dicturi sumus 1. posit. 5. n. 1.* Illud † probabi- 10.  
lius diceretur: si miles hosticus ex suæ reipubl. lege aut mo-  
ribus, bonis adversæ partis subditorum abstineat, horum  
quoque subditorum esse limitandam occupandi facultatem,  
ad quam alias sufficit, esse hostem. ¶ Ut † hostis quis 11.  
sit, bellum indictum esse oportet. quod ante captum, raptum  
tantum est, jure belli occupatum non est. Romanos † bel- 12.  
lum gesturos Servius notat *in not. ad Virgil. lib. 10.* feciales mi-  
sisse cum Patre patrato, qui in finibus stans dictâ belli causa  
jaceret hastam, ut id esset initium belli. *adde Gell. lib. 16. c. 4.*  
& ab eo tempore res licuisse occupare more belli. Unde bel- 13.  
lum † animadvertimus statum propriè non esse, quod vult  
Grotius *lib. 1. c. 1. §. 2.* (quis enim statum geri aut indici dixerit?  
aut jure status res occupari, acquiri?) Sed † actum quendam 14.  
successivum, consistentem in persecutione mutuâ hostili, &  
insequenti eam occupatione &c. Persecutionem † appel 15.  
lo, quam Cicero certationem, vocabulo strictiori. Enimve-  
rò cessante etiam certatione, conflictu, prælio &c. etiam  
cum in hybernis miles est, bellum adhuc est & persecutio;  
non minùs atque actio in judicio intentata persecutio dici-  
tur, *confer pr. 7. de Action. & lis inter Actorem & Reum ver-*  
*sari, etiam intra terminum forensi disceptationi dictum.*  
¶ Sed † ad rem: bellum ipsum justum esse debet, quoad 16.  
justitiam internam, quæ tum ex potestate bellum gerentium  
majesticâ, tum ex rerum publicarum diversitate derivanda  
est. Utrumque † bello adeò est essenziale, ut eis deficienti- 17.  
bus neque bellum propriè sit, nec hostis. Deficit † hoc po- 18.  
sterius, ubi inter ejusdem reipubl. partes expediuntur arma;  
quæ licet in se justa esse possint ex alterutrâ parte, bella ta-

B

men



men-justa, i.e. propriè dicta (id enim hoc loco justum dici-  
mus) quæve occupationis bellicæ habeant effectum, non sunt,  
19. sed civiles dissensiones *v. l. 21. §. 1. de captiv.* Equidem & † in  
his diripiendi potestatem militi datam sæpius reperies; *Con-*  
*fer Grot. lib. 3. c. 6. §. 24. vers. plusculum.* id tamen non jure  
belli, sed aut in pœnam nocentium, aut, si ipse turbarum au-  
thor id fecerit, nullo jure, neque novum est, in istis turbis ma-  
lè curari Jus Gent. ab illis maximè, qui petulanti militi gratifi-  
20. cari opus habent. Cogitandum † etiam, annon in istis dis-  
sensionibus Jus quoddam bellico analogum militi in mili-  
21. tem & militis bona sit concessum. Cæterum † ad civiles  
dissensiones referenda quoque est dissensio inter Imperii Ro-  
mani membra; *quorsum pertinere videtur Reutterbestall. art.*  
93. maximè inter Status, qui hodiè per Constitutionem pa-  
cis publicæ primitus anno 1495. promulgatam hostilia inter  
se moliri, contrariis abrogatis privilegiis, impediuntur.  
*v. Dn. Lampad. de Republ. Romano German. part. 3. c. 20. §. 4.*  
22. ut † non sentiendum sit cum Lago *meth. Jur. civil. par. 2. c. 29.*  
*n. 4.* ubi inter Gentes quoque imperii bellicæ occupationis  
23. effectibus locum facit, nisi † id fortè intelligatur de tempori-  
bus anterioribus, ubi Statibus (nec his solis) licebat inter se  
publicis armis congregari; *A. B. c. 17.* aut per Gentes Imperii  
24. intelligantur Gentes Orbis Christiani. Probè † vero ab oc-  
cupatione bellicâ distinguenda est Occupatio ex Jure prosci-  
ptionis aut alterius pœnæ, in subditos delinquentes interdû  
concedi solitæ. *ut Rånserl. Landfried anno 1548. §. vnd ob ie-*  
25. *mands R. J. anno 1576. §. ob wohl auch. & passim.* ne † quod  
in Anabaptisticâ seditione urbe Monasterii ab Imperiali ex-  
ercitu captâ, anno 1535. in Comitibus Wormaciensibus, præ-  
dam, tormenta, atque civium bona reipubl. Imperii esse, re-  
sponsum est, *Sleidan. lib. 10. p. m. 261.* ex jure belli, quod in-  
ter Imperium & Subditos nullum est, deducas. ¶ Ex-  
26. ternam † belli Justitiam quæ in causarum impulsivarum ju-  
stitiâ potissimum consistit, in occupatione bellica non requi-  
ri *Cravetta conf. 912. n. 29. Vasquius contro. par. 1. c. 9. n. 19. Diff.*  
*Vacon. à Vacun, lib. 2. declarat. 35. Avenar. select. quest. disp. 4.*  
8010.



l. 10. Hennig Groß dec. 3. q. 2. vel † ex eo patet, quod hostes 27.  
quoque, quos Populus Romanus justam habere causam belli  
vix unquam dixerit, jure tamen belli acquirere fatentur Le-  
ges Romanæ. l. 24. l. 5. §. 2. d. captiv. §. 5. 7. quib. mod. Jus Patr.  
per. idque † moribus est receptum non sine ratione: cum 28.  
periculosum sit & nunquam ubivis certum de istâ Justitiâ ju-  
diciū v. Grot. lib. 3. c. 4. §. 3. & 4. & c. 6. §. 1. 2. (qui tamen, ut per  
restitutionem conscientie consulatur c. 10. §. 3. latè exponit. adde  
c. 29. extra de furejur.) Imò ut † maximè præsupponas bel- 29.  
lum notoriè injustum, omnique prorsus carens titulo, vitium  
tamen nondum erit in re & acquirendi modo, sed tantum in  
personâ bellum inferente, seu applicante modum. Evidens  
† exemplum est in eo, qui dum lanam alienam vestimento 30.  
suo, aut alienam plantam suo fundo indit, aut alienam ma-  
teriam suo solo inædificat, lanam illam, plantam & materiã  
suam facit, §. 26. 29. 31. l. de rer. divis. licet modum acquirendi  
applicando peccet. magis † evidens est in eo, qui contra 31.  
prohibitionem domini in fundo alieno venatur. cum & hic  
secundum accuratiorem sententiam, feram captam sibi ad-  
quirat. Quibus † argumentis ne quidem bonam fidem in 32.  
occupante requirimus, quod facere videtur Covarruvias in  
l. peccatum. de R. J. in 6. p. 2. c. 29 n. 4. ¶ Cum † hostibus 33.  
latrunculi exteræ gentis d. quib. l. 6. de captiv. ejusdem (ut ver-  
bis utar Magnif. Dn. Richteri decis. 96. n. 125.) sunt prædica-  
menti: non obst. l. 24. de captiv. Exteram † gentem dicimus, 34.  
cum quâ, bello licet haud indicto, nec amicitiam, nec hospi-  
tium, neque fœdus amicitie causa factum habemus l. 5. §. 2.  
de captiv. Unde † & hinc diripiendi est licentia, & domini 35.  
acquirendi potestas d. l. 5. §. 2. bellicæ similis. propriè † bel- 36.  
lica non est arg. d. l. 5. §. 2. ibi. hi hostes quidem non sunt; junct.  
d. l. 24. imò † per mitioræ hodiè secula oblitterata penitus in 37.  
ter populos Christianos, quos etiam propter communionem  
Christiani nominis tacitè in amicitiam convenisse, non ine-  
ptè dixeris. At † Gentes & terræ noviter repertæ eo jure oc- 38.  
cupatæ & occupari videntur. Nec foret, (nisi obstarent in-  
duciarum pacta) melior conditio Turcarum arg. auth. navigia  
ibi. Sive Christiano nomini inimica. C. d. furt. B 2 Sed



1. Sed t̄ ea sunt alterius loci. Occupatio, quam impræ-  
 V. sentiarum tractamus, bellica est. Bellicam cum dicimus,  
 MODUS. non solam vim volumus requiri. per dolum etiam, quem ve-  
 teres bonum dicebant, l. 1. §. 3. de dolo malo. jure Gent. res ho-  
 stibus eripi potest: modo dolus iste perfidiâ careat v. Grot.  
 2. lib. 3. c. 5. §. 4. Eandem t̄ occupationem per apprehensionem  
 definientes, vulnerationem aut versionem in fugam non suf-  
 ficere putamus. arg. l. 5. §. 1. de acquir. rer. dom. non obst. l. 55. de  
 3. acquir. rer. dom. Dissentit t̄ Cephalius consil. 136. cujus ta-  
 men opinio novioribus moribus congruere videtur ex sen-  
 tentia Accursii, feram vulneratam ex consuetudine vulneran-  
 tis fieri, testantis: ut ut contrarium Jus rationi magis conve-  
 4. nire sentiat Grotius lib. 2. c. 8. §. 3. & 4. Cæterum t̄ Occupa-  
 tio bellica considerari duobus modis potest: vel ut est in se  
 actus perfectus, qui possessionis obtentu absolvitur, & ab effe-  
 ctibus abstrahitur plenius producendis; vel ut ad hos pro-  
 5. ducendos refertur. Priori t̄ modo apprehensionem dixisse  
 eam sufficiet. Posteriori occupatio distinguenda est in in-  
 6. choatam & consummatam. Illa, t̄ ubi res prehensa tantum  
 est, propter instabilem adhuc possessionem debilior est, & ad  
 adquirendum v. c. dominium imbecillior arg. l. 5. §. 1. vers. an-  
 tequam D. de capt. confer. l. 44. de acquir. rer. dom. non obst. l. 1.  
 7. §. 1. de acquir. poss. l. 5. §. fin. de acquir. rer. dom. Altera t̄  
 (consummata) tum demum dicitur, cum intra præsidia ho-  
 stium res est perducta, l. 5. §. 1. de captiv. vel intra hostium fi-  
 nes, si ibi capiens tutus esse incipiat. l. 19. §. 3. l. fin. de captiv.  
 8. Recentiori t̄ Jure gentium. inter Europæos populos intro-  
 ductum refert Grotius lib. 3. c. 6. §. 3. ut talia tum demum capta  
 censeantur, ubi per horas 24. in potestate hostium fuerint.  
 9. De t̄ mobilibus loquimur. Res immobiles itidem simpli-  
 citer in se esse, licet ad possessionem acquirendam sufficiat  
 l. 18. §. fin. de acquir. poss. ad effectus tamen cæteros munitioni-  
 bus etiam mansuris includi eas debere docet Grot. d. l. §. 4.  
 10. Universitas t̄ autem, ut universitas tum videbitur occupata,  
 cum homagium occupanti præstiterit aut aliud subjectionis  
 signum, arg. Neutterbestall, artic. 96. ibi. Dieselbe eroberte/ ge-  
 huldigte



hulzigte auffgenommene Städte etc. nach dem sie auffgenom-  
men seynd/ sollen weiter nicht beschädiget werden. Concordat  
Schwedisch. Kriegsr. artic. 86.

Effectus t̄ consummata Occupationis antecedit priva- 1.  
tio i. e. prioris conditionis, domini vel Imperii abolitio. VI. CON-  
Conditionis; vel in rebus, vel in personis. In t̄ rebus quæ SEQUENS  
cum antea essent divini juris, profanantur: ut sacræ & reli- PRIVA-  
giosæ l. 36. de relig. Ibi t̄ tamen distinctionem facit Grotius TIO CON-  
lib. 3. c. 5. §. 2. inter res Deo consecratas, vel ad ministerium DITIONIS  
Dei dedicatas, & eas quibus etiam Numen aliquod inesse cre- IN REBUS.  
ditur, ut simulacra. hæc enim violari & corrumpi ab iis qui 2.  
in eâ persuasione conveniant, nefas esse. Nos t̄ cum me- 4.  
liora edocti hodiè idolis istis omne divinum Numen dene-  
gemus, Deut. 5. vers. 7. 8. distinctionem illam ad superstitio-  
nem potius gentium & vanam persuasionem, quam ad Jus  
Gent. pertinere putamus. Magis t̄ rationi Juris Gent. & pie- 5.  
tati congruit parcere quibuscunque rebus ad pios & divinos  
usus destinatis. Ita leges militiæ Germanicæ: Fußnecht-  
bestall. artic. 9. ibi. Kirchen/ Kloster/ Clausen/ Spittalen/  
Schulen/ Danicæ, artic. 41. Wer wieder alte Gebrauche/ vnd  
zwar auch in feindes landen die Kirchen bricht/ beraubt/ ver-  
vnehret/ sich darinnen lossiret etc. & Svecicæ, artic. 83. ibi. Es  
soll ferner kein Soldat die Kirchen in Städten vnd Dörffern/  
wie auch Hospital/ Pfreimbden vnd andere dergleichen Gottes  
vnd zur vnderhalt der armen bestimbte Häuser/ ob schon die  
Städte albereit mit stürmender Hand eroberet etc. ¶ Re-  
ligiosæ t̄ res (quæ mobiles etiam esse possunt §. 9. ibi. religio. 6.  
sam furati f. de publ. Jud. junct. §. 7. vers. abolita f. de usucap. l. 1.  
pr. l. 4. pr. ad l. Jul. pecul. non obst. l. 4. §. 6. ad l. Jul. pecul. §. 9. Inst.  
de rer. divis. Diff. Bachov. ad Treutl. 2. v. 20. §. 1. d.) bello captæ,  
etiamsi in privatos usus converti queant, l. 4. de sep. viol.  
abstinendum t̄ tamen est mortuorum corporibus, ne malè 7.  
tractentur contra Jus sepeliendorum hominum, quod ipsum  
Jure Gent. est introductum. Grot. lib. 3. c. 5. §. 3. Ita t̄ verò, 8.  
iniquies, loca manebunt, aut denuò fient religiosa, ubi cor-  
pora manebunt defunctorum sepulta arg. l. 6. §. pen. ibi. postea



9. *utrum habuerit. de rer. divis.* Dixit t̄ quis: id non pertine-  
re ad cadavera hostium. At si locus, in quo servus est sepul-  
tus, religiosus est, l. 2. *pr. de religios.* cur non & is, in quo ho-  
10. stis? Aliter t̄ ergo, tolerantiam illam, quā cadavera hostiū  
patimur manere sepulta, pro rati habitione non esse haben-  
dam, respondebimus. neque solam mortui mansionem ad  
locum religiosum faciendum sufficere, l. 6. §. 6. *comm. divid.*

11. Res t̄ Sanctæ, quæ Jure tantum civitatis oppugnatae sanctæ  
sunt, hosti sanctæ non sunt. *Confer l. fin. ibi, Cives Romanos D.*

12. *de rer. divis.* Jure t̄ Gentium Sanctæ quæ sunt, prorsus in-  
violabiles putandæ *arg l. fin. de legat.* Ita Scipio apud Livium  
*lib. 26.* Populi Romani interesse, ne quid, quod uspiam San-  
ctum est, violaretur.

VII. IN  
PERSO-  
NIS.

1. Personæ t̄ Condicio mutatur mutatione status, cum  
liber homo bello captus fit servus hostium, l. 24. *de captiv. l. 7.*

2. *pr. d. acquir. rer. dom. gentium t̄ jure. §. fin. J. de Jur. person.*  
*l. 4. de Just. §. J.* quod eum maluit servum fieri, quam occidi.  
*§. 2. J. de Jur. pers. l. 239. §. 1. d. V. S.* aut quod bello quæcunque  
capta capientium fieri concessit. quam rationem habet Ari-  
stotel. *lib. 1. polit. c. 4. (al. 6.) ubi latè de fundamentis hujus juris*

3. *disputat.* ut t̄ in promptu sit servitutis origo, Antiquorum fa-  
bulis quas v. in *Landr. lib. 3. artic. 42. & Weichbild artic. 2.*

4. multum vexata. Nec t̄ putandum est Christianis non licere  
captos in servitute deducere. Imò etiam in foro conscien-  
tiæ eam defendi ex Socino Juniore tradit Wesenb. n. 5. *C. per*

5. *quas person. nob. confer 2. Petr. 2. vers. 20.* nec t̄ ipsam Christia-  
norum Servitute pietati Christianæ repugnare, non obst. *E-*  
*pist. ad Galat. 3. 28. (Levit. 25. vers. 39. & seqq. 2. Paralip. 28. vers.*  
*8. & seqq. & qua habet Landr. & Weichbild dictis loc. quibus re-*

6. *spondent glosse.) utilissimam verò esse cuius Reip. latè demon-*  
*strat Gifanius ad Arist. lib. 1. Polit. c. 4. p. 75. 76. 77.* Quid ho-  
die obtineat, videbimus *1. vers. 31.* ¶ In t̄ servitute re-  
ductus cum libertate amittit etiam civitatem, & jura inde de-

7. *pendentia.* non tamen irrevocabiliter, cum t̄ Jus Postlimi-  
nii reverso omnia pristina jura restituat *§. 5. l. quib. mod. Jus*

8. *Parr.* etiam t̄ ea, quæ interim competiissent, si in civitate  
man-



manfisset. eadem enim ab eodem jure postliminii in suspensio  
retineri dicuntur *l. 32. §. 1. de hered. inst.* non t̄ quasi interim *9.*  
reverà existant (accidens utique extra subjectum suum esse  
nequit. at penes captivum, qui servus hostium factus *v. §. n. 1.*  
jura civitatis, ut dictum, cum ipsa civitate non potest non  
amifisse, amplius non sunt) sed t̄ quod facillè per reditum re- *10.*  
fufcitantur, ità ut retro temporis etiam intermedii vira resti-  
tui fingatur, quasi nunquam ea jura fuissent abrupta, *d. l. 32.*  
aut absciffa. *l. 9. §. 2. de lib. & postb.* Exemplum t̄ esto in pa- *11.*  
tria potestate, quam licet revera captus pater amittat (cum in  
potestate liberos habere non possit, qui ipse est in potestate  
*l. 11. de adult.* nec alia ratione in ejus reversi potestatem illi  
**RECIDERE** dicantur *l. 1. §. 1. ad Sct. Macedon. l. 6. §. fin. de tut.*  
*confer l. 10. C. de postlim. l. 10. pr. Sol. matrim. ubi liberis captis post*  
*reditum restitui dicitur status.*) rediens t̄ tamen etiam quoad *12.*  
intermedium tempus *d. l. 6. §. fin. de tutel.* recipit. imò t̄ ne *13.*  
quid in præjudicium istius postliminii interim fiat, propter  
possibilem hunc reditus eventum Jura ipsos quoque liberos  
constituunt in suspensio statu *l. 2. §. 3. D. unde legit. l. 1. §. 1. ad*  
*Sct. Tertull. l. 22. §. 2. de captiv. l. 1. §. 1. ad Sct. Maced.* (quos te-  
xtus non videtur observasse Anton. Faber. *Jurispr. Papin. tit.*  
*11. pr. 7.* ubi statum liberorum non suspendi audacter conten-  
dit) ut t̄ neque planè liberati patriâ potestate intelligantur, *14.*  
*l. 15. de suis & legit.* nec eo jure utantur, quo patresfam. id est  
neque t̄ tutores accipiant, *l. 6. §. fin. de tutel.* nec hereditatem *15.*  
adeant, *l. 12. §. 1. de captiv. junct. §. item vobis 7. per quas person.*  
*cuiq;* nec t̄ heredem habeant, *v. l. 1. §. 1. ad Sct. Tertull. junct. d. 16.*  
*l. 15.* neque bonorum possessorem, *l. 1. §. 3. unde legit.* imò t̄ ne- *17.*  
que codicillos faciant, *l. 9. D. de jure codicill.* neque testamen-  
tum, *l. 15. qui test. fac. poss. junct. l. 12. §. 1. de captiv. non obst. d.*  
*l. 1. §. 3. unde legit.* (quam statim corrigit Anton. Faber. *Conjectur.*  
*lib. 10. c. 8.*) Singulare t̄ est in eorum matrimonio. *v. l. 12. §. 3. 18.*  
*de captiv. l. 9. §. fin. l. 11. de ritu nupt.* ¶ Bona t̄ quoq; amittit *19.*  
Captivus, quæ, nisi interim in Orbe Romano postliminii  
constitutio reversuro, aut si decesserit apud hostes, Lex Cor-  
nelia ejus heredibus vel fisco, *l. 22. §. 1. de captiv.* conservaret,  
(de



(de Curatore horum bonorum v. l. 3. C. de postlim. l. 15. pr. ex  
 quib. caus. maj. l. 6. §. fin. quib. ex caus. in possess. l. 22. §. 1. de reb.  
 auth. judic.) cujuslibet fierent occupantis. Grot. lib. 3. c. 9. §.  
 20. 10. confer. l. 1. pr. de suis. Amisissis t̄ itaque libertate, civitate  
 & bonis, testamenti factionem retinere nequit, l. 8. pr. qui test.  
 21. fac. poss. (quod ut displicuerit Leoni v. in Ejus nov. 40.) adeo t̄  
 ut ne jure quidem militari testari possit, l. 10. de test. milit. non  
 obst. l. fin. de test. mil. aut facere codicillos, l. 7. pr. de Codicill.  
 utut antecedenti fortè testamento confirmatos, d. l. 7. Sa-  
 22. ne t̄ hoc casu, si postliminio fuerit reversus, humanitatis ra-  
 tione receptum est, ut codicilli isti, quorum principium est  
 23. in civitate factum, effectum habeant, l. 12. §. 5. de captiv. At t̄  
 testamentum in captivitate conditum ne quidem postliminii  
 jure, aliàs etiam intermedii temporis rationem habente,  
 confirmatur d. l. 8. pr. qui testam. fac. poss. §. fin. Inst. eodem.  
 utpotè, quod ad ea tantum jura pertinet, quorum principium  
 24. est in civitate. d. l. 12. l. 32. §. 1. de hered. inst. In t̄ testamento  
 ante captivitatem facto secus est, licet enim hoc per captivi-  
 tatem revera factum sit irritum, l. 6. §. 5. de injust. rupt. reverso  
 tamen testatore vires recipit jure postliminii, d. l. 16. §. 12. aut  
 non reverso eo, sustinetur fictione legis Corneliae, de qua plu-  
 ra non addimus. peculiarem ea materia exigit tractatum.  
 25. ¶ Diversum t̄ erat in matrimonio, quod captivitate, etiam  
 uxore captivi in domo ejus remanere volente l. 12. §. 4. de ca-  
 ptiv. dirimebatur prorsus l. 1. de divort. l. 56. sol. matrim. (exci-  
 26. pel. 45. §. fin. de rit. nupt.) neque t̄ jure postliminii recupera-  
 batur l. 14. §. 1. l. 8. (ubi lectio vulgaris, si VOLUERIT defendi pot-  
 est) de captiv. nisi uxor, alii (post constitutum scil. in l. 6. de di-  
 vort. tempus) nondum nupta, in matrimonium denuo con-  
 27. sentiret. dd. ll. Jure t̄ vero novissimo nov. 22. c. 7. & Cano-  
 nico, c. 2. causa 34. q. 1. in casu captivitatis indissoluta ma-  
 nent conjugia, ut ad redintegrationem sui novo non indige-  
 28. ant consensu. Ceteræ t̄ facti causæ per captivitatem amit-  
 tuntur irrevocabiliter, ut possessio. v. l. 12. §. 2. l. pen. de captiv.  
 l. 19. ex quib. caus. maj. l. 15. de usucap. non obst. l. 23. §. 2. ex quib.  
 29. caus. maj. ¶ Verum t̄ in his breviores esse nos oportet,  
 quæ



quæ hodiè sui usum præbent exiguum. Exiguum, inquam non enim planè nullus est, cum captivitatibus, quæ recensuimus, jura, unà cum ipso postliminio & fictione Legis Corneliæ adhuc in Christiano à Turcis capto obtinere verius sit, ex sententia Alciati, Cantiunculæ, Johannis de terrâ rubeâ, & novissime Heigii in *S. si ab hostibus n. 13. I. quib. mod. Jus patr. pot. Diss. Covarruv. in Relect. c. peccatum de R. J. in 6. part. 2. S. n. n. 6.* Quod si Turca à Christiano in bello capiatur, 30. quin servus ejus fiat, minus habet dubii. interim quæ ipse in sua civitate retineat aut recuperet jura, non multùm ad nos attinet. nullum apud Turcas quondam fuisse postliminium, ex Leunclavio notat Grot. in not. ad lib. 3. c. 9. S. 5. Christianus si à Christiano quocunq̃ (etiam Imperatore ipso, aut Rege Galliæ V. Gregor. Tholos. in Syntagm. Jur. lib. 14. c. 3. n. 17. contra Bartolum, Baldum, Angel. Aretinum) captus hodie servus non fit. non si quod bella Christianorum habeantur, 32. pro civilibus ut vult Aldobrandinus, Alciatus, Wesenbecius (universum populum Christianum pro Romano habens) & alii: Ita enim nec in rebus cæteris quidquam juris tribueret inter Christianos bellica Occupatio. (Quod si equidem, 33. ex hoc ferè principio sed absurdè statuit Spigel. in not. ad Gyntheri Ligurini lib. 4. p. m. 340. Alciatum referens) nec in Orbe Christiano nisi una esset majestas. Sed si id placuisse videtur ob reverentiam Religionis communis. Confer Grot. lib. 3. c. 7. S. 9. & in not. quemadmodum (si nostræ fidei præceptis impiam liceat componere Superstitionem) Lex Mahometica vetat, quempiam ejusdem cultus in servitute detineri. Recte si Andreas ab Exea de pactis n. 263. Capti ab hostibus 35. ait, etiam si sui juris non fiat, servilem tamen conditionem minimè gerunt. Quod si non sui juris esse dicit, non ad 36. statum referendum est, sed ad libertatis exercitium, quod extrinsecus saltem per vincula & custodiam impeditur ut l. 13. pr. qui test. fac. poss. conf. S. 1. ibi nisi si quid vi J. de jur. person. Custodiam si intellige pro personarum diversitate diversi- 37. modè quoque temperandam. Cordatissimus Saxo ap. Sleidanum lib. 19. ad Carolum: Equidem me tibi, inquit, capti-

C

vum



vum statuo, Clementissime Cæsar, & ut custodiam mihi po-  
 38. nas Principe dignam, oro. De † Judæo dubitari pos-  
 sit aut Turcâ, in bello inter Christianos oborto (præsupposi-  
 to casu) forte militantibus & captis? Sed eos, licet commu-  
 nio religionis nulla sit, eodem jure uti, quo universus exerci-  
 tus (maximè, cum quem illi prehenderint Christianum, in-  
 servitute eo bello non possint deducere) æquum videtur:  
 39. sicut † contrâ non iniquum, si Christianus in exercitu Tur-  
 cico improba stipendia merens, captivitate servus fiat. neque  
 40. † prorsus hîc negligenda est conditio bellum gerentis, ut jus  
 militantium secundum eam quoque æstimerur.

**IX. PRIVATIO DOMINII.**  
 1. Et hæc † ubi de abolitione prioris conditionis tracta-  
 tum, monenda erant. In reliquis rebus quæ in nostro sunt  
 patrimonio, per occupationem bellicam dominium abole-  
 tur. ita † tamen, ut prior Dominus propter spem  
 2. postliminii (quod † quoad res etiam inter Christianos ob-  
 3. tinet. *Barthol. in l. 24. n. 16. de captiv.*) de istis rebus quæ postli-  
 4. minium habent, interdum possit disponere per † legatum,  
 fortè, *l. 9. de leg. 1. non obst. l. 39. in fin. de leg. 1. venditionem,*  
 stipulationem, *l. fin. de act. emt. non obst. l. 103. de V. O. dona-*  
 tionem. v. latè Roderic. Suarez. *alleg. 8. ubi de locis quibus-*  
 dam à Rege Sancio Ecclesiæ Carthaginensi hoc jure do-  
 natis.

**IX. PRIVATIO IMPERII.**  
 1. Universitates, † Civitates, civitatum partes, Regna &c.  
 occupantur vel ut universi, vel ut singuli. Posteriori casu  
*de quo conf. supra posit. 7.* non tantum superioritas politica sed  
 & personarum conditio privata convertitur, ut magnæ poti-  
 2. us familiæ nomen mereantur victi, quam civitatis. Ita † A-  
 lexander M. Civitatem Thebanorum paucis exceptis in ser-  
 vitudinem redegit. Argivi Urbe Mycenâ positi servitute da-  
 mnarunt Cives. Legem, ait Xenophon, inter homines per-  
 petuam esse, ut Urbe captâ & corpora eorum, qui in Urbe sint,  
 & pecuniæ, capientium fiant. Et in historiis Romanis Ci-  
 vitates legimus exceptâ libertate se dedentes. Quos P. Scipio  
 Carchedone captâ servos fecerit, quos libertate insperata do-  
 3. naverit? vide apud Polybium *lib. 10. c. 5.* Nec † ergò usque  
 quaque



quaque procedit, quod Schneidewin. & ante ipsum Bartolus  
opinantur: Universitatem non fieri servam, sed subditam  
saltem. Enim verò † in arbitrio est occupantis, quo eam 4.  
animo occupatam habere velit: si ut universitatem (puta, si  
homagium exegerit *v. posit. §. n. 10.*) Imperium tantum prius  
perit, seu prior Juris dictio, & quod inter Imperantem prio-  
rem & parentes erat vinculum, libertatis statu salvo manente.  
Denuò † ergò Civitas ista Civitas est, (aut, si ita placuerit oc- 5.  
cupanti, alterius civitatis pars) etiam si tale ejus regimen con-  
stituatur, quod non ad populi sed ad Regentis præcipuè uti-  
litatem spectet. *Diss. Grot. lib. 3. c. 8. §. 2.* Est enim † (ut ex 6.  
Politicoꝝ Scholis ea nobis petere liceat) Reipubl. forma,  
quæ dominatus appellatur, ob societatis herilis similitudi-  
nem. rempublicam dicere, & civitatem negare, est formam  
dicere sine materiâ. Dominatus † iste Tyrannidis latè acce- 7.  
ptæ species est. tyrannis non est nisi in civitate. Ipse † A- 8.  
ristoteles (ad quem provocat Grotius) *lib. 3. polit. c. 8.* tyran-  
nidem dicit unius dominationem, CIVILI SOCIETATI  
præsidentis. *Et præced. cap.* definit dominatum unius ad pro-  
prium commodum intendentis. ¶ Civitatem † ita 9.  
consideravimus, ut societatem hominum. Horum mansio  
territorium est, id est universitas agrorum *l. 239. §. 8. de V. S.*  
Cujus † eminentius dominium penes eum, qui superiorita- 10.  
tem habet, est, quasi superioritatis consequens, ut unâ cum  
eâ adquisitum intelligatur, vel amissum. Utrumque † ta- 11.  
men postliminii non expers, *confer. Grot. lib. 3. c. 9. §. 9. & 12.*  
ad hoc, ut prior Princeps aut Dominus circa amissa *ut posit. 8.*  
*n. 2. 3. 4.*, disponendi habeat facultatem. Quo † jure Papa 12.  
Carolo M. & ejus in Regno Franciæ Successoribus teste Bar-  
tolo donavit Regnum Hierosolymitanum, quasi Ecclesiæ ab  
infidelibus ereptum. Impugnatur † ista donatio à Jafone 13.  
*in l. id quod apud hostes. de leg. 1.* quod id Regnum ab Impera-  
toribus Romanis, post mortem Christi occupatum, Ecclesiæ  
nunquam fuerit: & ut fuisset, inutilem tamen esse donatio-  
nem Regni, quod jure belli sibi pleno jure habiturus sit, quis-  
quis recuperaverit, ita enim Hispaniæ Reges Regna infide-  
libus



libus erepta sibi retinuisse, ne quidem superiorem in illis recognoscentes Imperatorem. Addit Jason: ut maximè utilis esset donatio, debuisse tamen Donatarium interim, donec recuperetur, ob suspensam ad hunc conditionis eventum donationem, istius Regni titulo abstinere. *arg. l. un. C. de nud. jur. Quirit.* Veruntamen de consuetudine aliud observari refert, & Franciæ Regem nihilominus intitulari se Regem.

14. Hierosolymitanum. Hæc Jason latissimè *d. l.* Hodie † à Regibus Neapolitanis (Sive Siciliae, quæ penes Hispanum est) istius Regni usurpatur titulus, à Brenno Rege Cypri in Fridericum II. Imperatorem & Regem Siciliae cui Brennus filiam Jolen jure Regni Hierosolymitani (ab infidelibus occupati) dotatam in matrimonium dedit, derivatus. *Megiser. delic. Neapol. c. 22. p. 290. Limn. lib. 5. c. 2. n. 23.* & à Divo quoque.

15. Carolo V. agnitus in Recessibus Imperii. Illud † Jasoni concedendum non est, quod simpliciter recuperantis esse putat Regnum, cum tamen & tunc locum habeat postliminium, ubi ad amicum aut socium res pervenerit *l. 19. §. 3. de captiv.*

16. Nec † Hispanorum Exemplum obstat, quos aut extraneos dicemus, aut postliminii Jus immemoriali temporis cursu non interrupto esse extinctum. *arg. l. 12. §. 8. de captiv. non obst. Pragmat. Sanct. Justin. c. 6.* aut renunciasse suo juri tacitè Imperatores, nihil agendo, nullavè Regibus Hispaniæ per 700. annos in vindicando ab Arabibus regno occupatis, auxilia mittendo. Neque desunt, qui ab Honorio Imperatore id Regnum Alarico Gothorum Regi aliquando donatum adserunt, indè superioritatem Hispanicam struentes. *Covarruv. in relect. c. peccat. de R. J. in 6. par. 2. §. 9. n. 9.* At † quod usum tituli impugnat Jason, nihil est. Iple refert Doctorem *per l. fin. de act. emt.* dissentientem, putamus: si nullo alio jure usus iste excusaretur tuendum tamen esse ob interrumpendam postliminii præscriptionem.

**X. EFPECTUS AD QUISITIO IMPERII.** **I.** Ad † Effectum Occupationis progredimur, Adquisitio is est dominii aut Imperii. Imperium per occupationem bellicam acquiri, moribus post Ninum receptum putatur. *Vid. Grov. lib. 3. c. 8. §. 1.* quomodo autem & quando intelligi



ligi debeat adq̄situm, collige ex *posit. preced. & partim*  
*ex sequentib.*

Dominii ¶ ex occupatione bellica Adq̄sitiō, ex alio r.  
Jure quam ex quo ipsa est Occupatio i. e. ex Jure Gent. secun- XI. DOMI-  
dario. *vid. posit. 2.* esse nequit. ut ¶ maximè Dominiorum NI HUIUS  
originem quis ex primævo adserat, nec enim absurdum est, ADQ̄SIT-  
juris alicujus introductionem, & ejus adquirendi vel admit- TIONIS  
tendi modos nonnullos ex diversis Juribus deducere. Ita 2. CAUSA.  
¶ servitus Jure Gent. introducta, §. 2. *J. de Jur. Pers.* modis 3.  
quibusdam à jure civili superadditis. §. 4. *J. de Jur. Pers.* &  
ipsa dominii adq̄sitiō, quot modis ex jure civili est locuple-  
tata? §. *fin. J. de usu & habit.* Equidem ¶ dominium per 4.  
occupationem bellicam à naturalis possessionis apprehensio-  
ne incipere dicitur *l. 1. §. 1. de adq̄r. poss.* Sed ¶ terminus 5.  
iste, quem vocant à Quo, Dominii, cum ejus causa confun-  
dendus non est. *Confer. Grot. lib. 3. c. 6. §. 2. rem paullo aliter*  
*explicantem.* Planè ¶ ridiculi sunt qui adq̄sitionem belli 6.  
cam ex Jure Romano derivant, Imperatorum, quos illi totius  
Mundi dominos sanctè credunt, prodigalitatē mirantes,  
quòd hostibus etiam concesserint hanc adquirendi pote-  
statem.

Notandum ¶ autem est: Adq̄sitionem istam belli r.  
cam non fieri per quandam Juris translationem quod vult XII. MO-  
Grotius, *lib. 3. c. 7. §. 3. & 4.* indè etiam alia præter dominiū DUS ET  
incorporalia jura ad occupantem ex potestate mediatae ad- OBJE-  
q̄sitionis transire concludens. Ita captā personā, quòd CTUM.  
hæc nihil suum habere possit §. 3. *J. per quas pers. cuiq̄ adq̄r.*  
Omnia, quæ cum eâ capiuntur, etiam incorporalia capien-  
tis fieri, exemplis eorum, qui ob captos Regis Regna capto-  
rum sibi vindicare conati sunt. *c. 6. §. 10. & in not. ad c. 8. §. 1.*  
Ita captā Universitate ejus quoque jura, quæ universitatis fue-  
runt, victoris esse. *d. c. 8. §. fin.* Romanos Alba capta Alba-  
norum jura sibi arrogasse; Alexandrum M. Thessalis debi-  
tum, quod debuerunt Thebanis, Thebis captis, donasse. De-  
nique in rebus, in quibus hostes Jus aliquod habeant, quod  
possessioni connectatur, puta pignoris, retentionis, servitu-  
ris,



tis, quoad istud Jus capienti acquiri, *lib. 3. c. 6. §. 26.* Hæc Gro-  
 tius. difficillima certe & diligentiori digna disquisitione.  
 2. Tentabimus, † veriore[m] illorum esse sententiam qui jura in-  
 3. corporalia hac ratione acquiri negant. Placet † quod apud  
 Quintilianum *lib. 5. Inst. Orat. c. 10. in fin.* habetur: id demum  
 victoris esse quod ipse teneat. Jus incorporale apprehendi  
 4. manu non posse. Nec † mediata illa ferenda est Adquisi-  
 tio, per occupationem enim bellicam Jus possessoris prioris  
 non transfertur, sed mutatur, i. e. priori extincto aliud no-  
 5. vum producitur. Res † sacræ, si Jus transferretur, non  
 profanarentur Jure Gentium, neque inciperent esse in Domi-  
 nio privatorum. cum plus, quam quod hostes habuissent, non  
 6. potuisset transferri. Vere † dictum apud eundem Quintilia-  
 num: nullam hîc esse successionem in jus, sed in rem saltem,  
 (corporalem) per apprehensionem puta naturalis istius pos-  
 sessionis, quæ Juris prioris nihil habet admixtum *l. 1. §. 1. de*  
 7. *acquir. poss.* Quod si † personâ captâ jura ejusdem ad vi-  
 ctorem transirent, dominium etiam transiret in universis ejus  
 bonis, quasi ex Scto Claudiano. (de quâ juris quondam Ro-  
 8. mani poenâ *v. §. fin. §. de Success. Sublat.*) Absurdum. † non  
 obst. *l. 31. de jure fisci.* ita enim Lege Corneliâ utpote Roma-  
 nâ Jus hostium imminutum non fuisset. neque, si personam  
 ceperis, alter ejusdem personæ pecunias, has ille sibi retinere  
 9. posset, tibi personæ domino restituendas. Quæ † si de do-  
 minio, jure in rebus firmissimo obtineamus, multò magis ob-  
 10. tinebimus de obligatione, quæ jus est ad rem. Ubi † Credito-  
 rem Sempronii cepisti, an Sempronius tuus propterea debi-  
 tor erit? non videtur obligatio, quæ vix factio (cessione aut  
 in arrogationem datione) creditoris volentis transferri pot-  
 11. est, sine factio ejus transitura. Nimirum † aut occupatio ista  
 Creditoris nondum est consummata; & nondum tibi adqui-  
 situm quidquam est: aut consummata; & jura, quæ in cre-  
 ditore servo factio, extincta sunt, *arg. l. fin. de duobus reis l. 47.*  
*pr. de fidejuss. non obst. l. 8. de cap. min.* (ita quidem ut reverten-  
 te captivo jure postliminii reviviscere possint) nequeunt ad  
 te transire, *arg. §. 1. §. de adquis. per arrog. non obst. l. 41. vers.*  
 itaq[ue]



itaq; de pecul. ¶ Consequens ꝑ est, ut & Jus pignoris & 12.  
retentionis Occupanti rem oppignoratam aut retentam de-  
negemus: quoniam hæc Jura accessoria sunt, nec penes eum  
esse possunt, qui causa pignoris & retentionis (obligatione)  
destituitur. Potius ꝑ res istæ pro alienis habendæ, arg. l. 63. 13.  
§. 4. de acquir. rer. dom. quæ acquisitionem bellicam haud  
admittunt. Confer. posit. 3. n. 17. ¶ Quod ꝑ de servituti- 14.  
bus habet Grotius, in personalibus minimè procedit, perso-  
nas enim ea jura non egrediuntur. l. 66. de jur. dot. In ꝑ 15.  
realibus plures casus examinari possent. Grotius eum innuit,  
ubi prædium alienum hostico serviens à nobis occupatur.  
At quomodo Jus Servitutis nobis acquiratur, qui prædii do-  
minantis domini non sumus? Confer. l. 1. §. 1. D. comm. præ-  
dior. Non ꝑ moramur exempla Occupantium, qui sibi plu- 16.  
ra jura finxerunt. postulata eorum & varii prætextus ob libidi-  
nem dominandi, aut aliam quamcunq; rationem excogita-  
ri, nobis Jus non facient. Ipse ꝑ Grotius l. 3. c. 8. §. fin. fa- 17.  
ctum Cæsaris Dyrrachinis æs alienum, quod ipsi debebant  
hostibus, donantis improbens, imbecillitatem prodit exem-  
plorum. Quid ꝑ de chirographo sentiendum? Etiam hu- 18.  
jus occupatori obligationem acquiri ajunt. arg. l. 1. C. de don.  
l. 59. de leg. 3. l. 3. §. 1. 2. de liber. leg. Contrarium defendemus.  
¶ Hodie ꝑ id singulare est, quod obligatio non dominium 19.  
v. posit. 7. n. 31. in persona capta acquiratur capienti. nec hæc  
tamen per translationem. Obligatio ꝑ ista est ad præstan- 20.  
dum pretium redemptionis, qui finis hodiè potissimum inten-  
ditur in captivitate inter Christianos. Oddus de rest. in integr.  
p. 1. q. 7. n. 55. pretium ꝑ inter milites menstruo plerumq; 21.  
stipendio æstimatur; nisi aliter inter se convenerint Du-  
ces Belli, per pacta, quæ Chartelle dici solent. Cætera præ-  
cisè definiri nequit. Vid. Grot. lib. 3. c. 14. in fin. Ad ꝑ id 22.  
Schneid. & Myns. ad §. item ea ꝑ. de rerum divis. & alii capti-  
vum statuunt obstrictum sub pœnâ nominis & famæ. Quod  
puto de captivo post obligatam suam fidem ad conquirendū  
lytrum dimisso intelligunt. Pinguius ꝑ Tholosan. in Syn- 23.  
tagm. Jur. lib. 20. c. 4. n. 3. Captivum ad certam fidelitatem  
seu homagium obstrictum esse sentit. Modo



1. **Modo** † videndum, cui ex occupatione adquiratur. **EX**  
**XIII. AD-** prima enim Juris Gent. ratione omne id ad rempubl. cujus  
**QUIRENS** nomine indicto bello fit occupatio, quæ vè per privatos, ut  
 2. instrumenta mediatè occupare intelligitur, videbatur perti-  
 nere. Sed † ut alacritas Subditorum & solertia promove-  
 retur, Gentibus, quædam privatis permittere, placuit, quædã  
 3. demum in ipsius Reipubl. dominium transire. Ea † nimi-  
 rum quæ per universitatem capiuntur; ut Agros. l. 20. §. 1. ibi  
*publicatur. de captiv. junct. l. 3. §. fin. de bon. eor. qui ant. sent.*  
*Dn. Carpzov. p. 4. C. 35. d. 8. n. 3. & seqq. ubi etiam de Jure Sa-*  
 4. *xonico.* (quos † vel idèo privatis adquiri difficile erat, quod  
 in eis quantum quisque cepisset, non facile posset apparere.)  
 5. Alias † rationes habet Gœddeus ad l. 3. §. 1. n. 10. & 14. de V. S.  
 aliam Grotius lib. 3. c. 6. §. 11. quas tamen non faciemus no-  
 6. stras) & prædam. Agros † Salomo Prætorio Africa Præfe-  
 ctus apud Procopium *de bello Vandal. lib. ult.* ad Principem  
 & Imperium Romanum pertinere, disertis verbis pronun-  
 7. ciat. Captos † eos Respubl. vel retinet in patrimonio pu-  
 blico (colonis forte locandos, aut ad usus publicos) vel aliis  
 8. concedit, & † hoc vel per universitatem quantum captum  
 est, vel cum designatione certorum limitum. Unde limita-  
 9. torum & non limitatorum agrorum in l. 16. de *adquir. rer. dom.*  
 distinctio: ¶ Prædæ † appellatio proprie ad res mobi-  
 les spectat, *non obst. l. 20. §. 1. de captiv.* Cujuscunq̃ue generis  
 sint, sive inanimitatæ, sive animatæ; (etiam homines) sive  
 viliores sive pretiosæ; v. *Grot. lib. 3. c. 6. §. 20.* & undecunq̃;  
 10. sint raptæ. qua † ratione eam differre putarim à spolio,  
 quod ipsis personis detrahitur, *ut l. 31. §. 1. de pos. l. 6. de bon.*  
*damn.* nec ita facilè ad res pertinet animatas. *non obst. l. 36.*  
 11. *§. 1. C. de donat.* At non † quocunq̃ue tempore capta prædæ  
 nomine veniunt. Prædam strictiori significatione tantum  
 eam esse, quæ devictis hostibus capitur, post Donellum ob-  
 servavit Magnif. Dn. Ungep. *Exerc. Inst. 5. q. 5.* Gerhard. *dec.*  
 12. *4. q. 5.* Et † hanc quasi à Reipubl. cedentibus hostibus uni-  
 versim per longam manum occupatam, Jure Gent. Reipubl.  
 esse, tutò statuemus, *Diss. Broeus ad §. item ea n. 4. §. de rer. div.*  
 accom-



accommodantes huc bonam partem, quæ longo ordine in  
aliam rem adducit Grotius *lib. 3. c. 6. §. 14. & seqq.* nobiliorū  
populorum exempla. Ita † peculatum in præda committi 13.  
dicit *l. pen. ad l. Jul. pecul. conf. l. 1 d. tit.* & expertus est L. Sci-  
pio apud Livium *lib. 38.* eo judicio condemnatus. Modus † 14.  
tamen de præda disponendi diversis rebus publ. fuit diversus.  
Plerisque placuit dividi prædam, modo inter milites, modo  
inter cives, præceptâ parte, quæ apud Imperatorem belli ma-  
neret. Romani † ferè soli publicè per Quæstorem vende- 15.  
bant, & pecuniam (manubias appellabant *Agell. lib. 13. c. 23.*)  
in publicum patrimonium cogebant. Quod † lege publi- 16.  
câ constitutum refert Decius apud Dion. Halicarnass. *lib. 7.*  
nec ipsum Imperatorem Exercitus primùm in prædam quid  
habuisse juris. Insequentibus † temporibus major indies 17.  
esse cœpit licentia Imperatorum, etiam sine Quæstoribus  
prædam vendentium, pecuniamque aut ærario inferentium,  
aut Divorum cultui, aut ludis publicis, aut alteri cuidam rei  
destinantium, denique † aliorum populorum exemplo fæ- 18.  
pius inter milites habitâ stipendiorum vel meritorum ratio-  
ne *confer. c. 10. dist. 1. dividendum v. Polyb. lib. 10. c. 5. Tholof.*  
*Syntagm. lib. 20. c. 4. n. 6. 7. 8.* (quod etiam suo tempore ob-  
servatum refert Bartol. *in l. 28. n. 3. de captiv.*) atque sibi, quas  
vellent, res præcipientium. *d. c. 10.* Unde egressis tum ad  
militiam militibus Polyb. *d. l.* testatur jurandum fuisse, nihil  
se ex præda interversuros. sine jussu scil. Imperatoris. Sunt † 19.  
enim Exempla prædæ vel ante vel post occupationem dire-  
ptioni militum concessæ, adeò, ut id tandem in expugnatio-  
nibus Urbium in Jus abiisse videretur, existimante id exer-  
citu Flaviano apud Tacit. *Histor. lib. 3. c. 19.* Nec † id aliæ 20.  
respuere gentes, opes modo hostium publicas & regias, ma-  
ximè, quibus devictus hostis majestatis & splendoris causa,  
solenniter uti solitus fuerat, ipsi Reipubl. victrici addicentes.  
*Confer. Grot. lib. 3. c. 6. §. 24.* Apud † Hispanos pars aliquo- 21.  
ta prædæ datur, quintâ, tertiâ aut dimidiâ penes Regem  
manente. *Covarruv. in relect. c. peccat. de R. J. in 6. p. 2. §. II.*  
*n. 6. citans Regiam Hispanorum Legem.* ¶ Hæc † de præda. 22.

D

Cæteræ



Cæteræ res à singulis ante universalem illam capturam occupa-  
 patæ primi occupantis factæ sunt. *l. 1. §. 1. de acquir. poss. l. 5. §. fin. l. 7. pr. l. 51. §. 1. de acquir. rer. dom. §. 17. 7. de rer. divis. (ubi Imperator non sine ratione sermonem mutans ibi: nostra sunt. junct. §§. preced. & seqq. ibi. tuum esse, tibi adquirantur. & c. utramq; & Reipubl. & Singulorum acquisitionem cumulasse vi-*  
 23. *detur.)* Eove † jure ipsi magistro militum spolia *in l. 36. §. 1. C. de donat.* adquisita esse possunt. quamvis incongruum non sit, quod alii in d. l. innui malunt, Jus dividendi sibi que præcipiendi ex prædâ, occupatâ ab Imper. Republ. ad Ma-  
 24. gistros militum transisse. Quod † autem in *l. 31. de jure fisci* de bonis captivorum habetur, variè distrahitur. à Grotio *lib. 3. c. 9. §. 10.* ad Cives ab hostibus captos, nec in civitate heredem relinquentes; *ut l. 22. §. 1. de captiv.* ab Accursio ad deportatos; ab aliis ad bona captivorum, quæ in sua civitate reliquerunt. Succurrit optimè duplici intellectu Magnif.  
 25. Dn. Ungep. *Exercit. Just. 5. q. 5.* ubi † etiam res per singularem occupationem prædicto modo adquisitas ad Exercitus Ducem deferendas non esse, ad oculum demonstrat. Nec  
 26. † interest utrum publico an privato actu captæ sint, quam distinctionem speciosè defendit Grotius *lib. 3. c. 6. §. 10. & seqq.*  
 27. Ne † dicam, quid voluerint Gentes, non quid potuerint  
 28. constituere, esse attendendum; *v. Grot. d. l. §. 8.* actus, † quos ille vult privatos, tales non videntur. Nunquam authoritate publicâ occupatio bellica destituitur, cum Respubl. bellum denuncians cuivis civi potestatem ubicunq; res rapiendi hostiũ  
 29. publicè concesserit. quidquid † ergò hac ratione capitur, ex causa belli, non (ut vult Grotius) ex belli tantum occasione, utpotè ad eripiendum hosti dominium in habili, capi pu-  
 30. tandum. Juramenti † militaris exemplum quod Grot. *§. 21.* truncatum refert ex Agellio *lib. 16. c. 4.* ne te moveat, àntegrum vide, non de rebus hostium non tollendis, sed de rebus civium furto non subtrahendis agi ibi deprehendes.  
 31. ¶ Quæ † quidem de Jure Gentium & Romanorum antiquo retulisse sufficiet. Hodiè agrorum (ut rerum privatarum) occupatio rarior est. nec enim illi subditis devictis eripi solent,



lent, neque citra acquisitionem territorii ab occupante cura-  
ri. Territoria t̄ autem, arces, urbes, oppida unà cum inco- 32  
lis, ut olim, ita & hodie ad victricem Rempubl. pertinent.  
Neutterbestall. anno 1570. art. 96. Dennemerck. Kriegsgr. art. 125.  
Schwedisch Kriegsgr. artic. 86. Res t̄ mobiles citra distin. 33  
ctionem prædæ & aliarum rerum singulatim deprehensarum  
cipientis fiunt Neutterbestall. d. l. Fußnechtbestall. artic. 62.  
(Legibus tamen Daniæ præda interdum distribuitur artic. 128.  
Legibus Sveciæ per partes & regiones adsignatur art. 84. 85.)  
exceptis t̄ quibusdam, quæ reipubl. adquiruntur, tormentis 34  
nempè bellicis, pulvere tormentario, & reliquo apparatu,  
item re frumentariâ in ædibus publicis repertâ, & quidquid  
loci propugnandi gratia habetur. Neutterbestall. art. 96. (cor-  
rigi ubi t̄ videtur R. A. anno 1500. tit. wasß dem Hauptman von 35  
Brand schatz. vers. item wasß von) Fußnechtbestall. artic. 62.  
Captivi t̄ (qui quatenus in nostris bellis adquirantur v. posit. 36.  
12. n. 18. & seqq.) Si fuerint Principes aut in superiori ordine  
constituti, Imperatori belli accepto præmio sunt exhibendi.  
Cæteros quisque retinet sibi; exigat redemptionis pretium.  
Neutterbestall. artic. 94. 95. Fußnechtbestall. artic. 62. Con-  
sentit fere Hollands Kriegsgr. artic. 59. 60. 61. Sed leges Dani-  
cæ omnes Nobiles & alios in quacunque dignitate militari  
constitutos, item Exploratores Regi addicunt. artic. 124. Le-  
gibus Svecicis Captivi indifferenter sistuntur Regi, qui sibi  
eligit, quos vult, non sine remuneratione capientis artic. 88.  
Quid olim in Gallia obtinuerit v. Pappum in Comment. des  
Hollands Kriegsgr. artic. 60. ¶ Atque t̄ ita res se habet 37  
cum primis cum occupatione à militibus factâ. Idem statu-  
endum est de Subditis extra militiam constitutis (quos Paga-  
nos vocant Romanæ leges) ut & hi, quas res miles sibi ad-  
quirat aut reipubl. sibi aut Reipubl. adquirant, neque t̄ plus 38  
juris eis tribuatur, quam militibus, quod faciunt Grot lib. 3. c.  
6. §. 23. Gædd. ad l. 3. §. 1. de V. S. De t̄ belli sociis quæres. 39.  
Sunt illi tales vel solius expeditionis ratione, vel ratione  
etiam autoritatis. Prioris t̄ generis sunt auxiliares copię, 40.  
quas equidem sibi singulis privatorum Jure acquirere posse



- putamus ea, quæ privatis adquiri solent; cætera autem suæ  
 41. reipubl. (cujus bellum non geritur) non posse, etiam si † ejus  
 sumptibus militent. Adhuc enim solius Reipubl. cui ope-  
 ram navant, bellum est; neque sumptuum aut operæ præsta-  
 tio in bello acquisitionis Jus mutare magis potest, quam in  
 42. quibusvis litibus aut negotiis privatis. Non † nego, auxi-  
 liatori refundendas esse impensas. (nisi contra voluntatem  
 belligerantis missa sint auxilia *l. fin. C. de neg. gest.*) Sed quæ  
 consequentia? Ergo quod occupat miles auxiliaris, auxilia-  
 toris fiet. quasi non alia præter hoc remunerandi supersint  
 media. & ut nulla essent, quasi non à manu principalis Rei-  
 43. publ. expectari id & accipi deberet. Ita † prædæ partem Au-  
 xiliis concessam historiarum docent, ubi tamen de agris & urbi-  
 44. bus vix quidquam. Illos † autem belli socios, quorum au-  
 thoritate & nomine communi bellum geritur, sicut in belli,  
 ita & in acquisitionis bellicæ communionem venire proba-  
 bilius est. Aliter post alios Grot. *lib. 3. c. 6. §. 23. 24.*

- XIV. CON-  
 SEQUEN-  
 TIÆ.
1. Cæterum † Dominium, quod adquiri diximus occu-  
 patione bellica, idem Grot. *lib. 3. c. 7. §. 6. 7. & c. 16. §. 1.* ex-  
 ternum vocat & tale quod tantum in iudicio hominum coa-  
 ctivo valeat. In quæ inquirere pluribus hujus diei non est.
  2. Id † demum videbimus, an tale sit, quod etiam in alios possit  
 transferri? posse verò, ex generali Domini natura §. *per tra-*  
*dit. 40. de rer. divis.* certum est. *v. Loffred. consil. 45. per tot.*  
*(ubi pro Comite Matthere, cui oppidum Ginofium Chrisogono*  
*Neapolitano in bello adversus Regem Neapolitanum gesto emptum*  
*Rex Hispania donaverat, contra Chrisogoni filium oppidum repe-*  
*tentem consulit)* adeò † ut ne quidem oblato pretio quod pro  
 3. re forte datum est, eam restituere spoliato teneatur novus  
 possessor, (nisi res incidat in causam postliminii. *v. posit. 9.*  
*n. 15. & infra n. 17. l. 6. l. 12. §. 7. 8. l. 19. §. 3. [ubi adde Grot. lib.*  
*3. c. 9. §. 2.] & 9. l. 20. §. fin. de captiv. l. 17. C. de postlim.)* ne-  
 4. que † victo Occupatore dominium novi adquirentis revoce-  
 tur. *diss. Vasquius p. 1. c. 9. n. 19. per l. fin. §. 3. C. comm. de legat.*  
*§. l. 11. §. 1. D. quemadm. serv. amitt.* Imo † si occupatum Oc-  
 cupator pro derelicto habeat, inveniens dominus fiet, *Vas-*  
*quius*



*quius d. l. n. 20. modo* † Justinianæo Jure hominem captum 6.  
 excipias *l. un. §. 3. C. de lat. lib. toll. nov. 153. nov. 22. c. 12. Con-*  
*fer l. 3. §. fin. de acquir. rer. dom. non obst. l. 36. de stip. serv. l. 8.*  
*pro derelict. l. 38. §. 1. de noxat. act.* ¶ Sed † ad alia capti-7.  
 vitatis consequentiæ pergimus. Ajunt: introducto domi-  
 nii jure non licere captivos intra præsidia perductos interfici-  
 cere. Ita Angel. *in §. serv. autem 7. de Jur. pers.* per illum  
 textum; ubi verbum SOLERE necessitatem inferre existi-  
 mat. Imo Mynsing. *ad d. §. ne hoc quidem exigit, ut intra*  
*præsidia sint deducti, in solo conflictu occidi hostem conce-*  
*dens. Bach. add. §. negat, rationem Juris Gentium permitte-*  
*re, ut occidatur submittere arma. Contrarium † solide 8.*  
*probat Grot. lib. 3. c. 4 §. 10. 11. 12. (adde §. in potestate 1. vers.*  
*nam apud omnes Inst. de his qui sui vel alien.)* quoad impunita-  
 tis licentiam *d. l. §. 5.* notabile etiam addens temperamen-  
 tum *c. 11. §. 13. 14. & seqq.* Misericordiam † nempe capto de-9.  
 beri inculcat *c. 3. in fin. causa 24. q. 1.* Quem † utinam ipse 10.  
 observasset Inclemens ille IV. Pontifex author cædis Fride-  
 rici Austriaci & Conradini Svevi anno 1268. in foro Neapo-  
 litano miserrimè obruncatorum à Carolo Andégavensi *vid.*  
*Megiser. delict. Neap. c. 6. p. 48. & seqq.* In dignum † vero 11.  
 istud facinus exitium Carolo attulit, & liberis ejus, Regno  
 per Arrogantiæ Reges (quos Conradinus ad supplicium jam  
 ductus nuncupaverat heredes *Megif. d. l. & à quibus ad Au-*  
*gustam Austriacam familiam matrimonio Philippi cum Jo-*  
*hanna Arragonica pervenit) ejectis Bodin. lib. 2. de Rep. c. 5. in*  
*fin. ubi plura hanc in rem exempla.* Benè, † ait Author Com-12.  
 ment. ad Herenn. *lib. 4.* hoc Majores compararunt ut mini-  
 me Regem, quem armis cepissent, vitâ privarent. ¶ Stu-  
 pri † captis inferendi turpitudinem saniorum Gentium mo-13.  
 res prorsus damnarunt, ut efferatæ libidinis actum, nec ad se-  
 curitatem pertinentem, nec ad pœnam, *Grot. lib. 3. c. 4. §. 19.*  
 Justissimè † violentum stuprum etiam hosti intentatum, ulto-14.  
 re ferro persequuntur leges Danicæ *artic. 39.* & Svecicæ *artic.*  
 69. ¶ Unde † quousque se extendat Capiensis in capti-15.  
 tum potestas, colligere facile est. Captivi subjectionem  
 D 3 non-



nonnulli tam arcto constringunt vinculo, ut etiam licentiam ei denegent fugiendi atque subtrahendi se dominio capientis. per l. 5. §. 6. de re milit. c. 37. 38. causa 17. q. 4 l. 11. de R. J. l. 1. C. de serv. fugit. l. 60. de furt. Alii distinguunt inter captum in bello justo, & eum, qui in injusto. gl. in c. 9. verb. servitutes

16. dist. 1. Verius t̄ est & juri belli sive postliminii magis congruum, fugiendi l. 26. de captiv. l. 19. C. de postl. (unde explicanda est. d. l. 5. §. 6. de re milit.) S. item ea. J. de rer. divis. & ex servitute, quæ per occupationem bellicam obtigit, in libertatem se recipiendi potestatem indistinctè esse faciendam, Vasquius

17. contrav. p. 1. c. 9. n. 21. modo t̄ Captivus ad suos fugiat vid. Covarruv. resol. lib. 1. c. 2. n. 10. eo tempore, quo consequi libertatem possit; i. e. tempore belli. v. tamen l. 12. pr. l. 28. l. 5. pr. & §. 1. de captiv. Cujac. lib. 24. obs. 31. & Grot. lib. 3. c. 9.

18. §. 4. Alias t̄ malitiosè eum (non jure suo) fugere, quid-  
19. quid dicat Grotius lib. 3. c. 7. §. 6. non dubitem. Sanè, t̄ cui jure belli fugere licet, is etiam Domino suo res quascunq̄e (non duntaxat suas, aut quæ mercedem laboris æquent, ut limitat Grotius d. l.) subducere atque auferre in fuga potest, non ut Domino, sed ut hosti.

De Postliminii quoque Jure & cæteris Occupationi nostræ contrariis dicendum esset. Sed ea perfunctorie malimus & sparsim tractare, ne, si pleniùs, discursus noster excreceret in volumen.

### Corollaria

I.

**C**Ausa si injusta belli, an subditi obedientiã Regi præstare tenentur.

II. An tùm si dubia.

III. Pro Imperantis debito an teneantur res & actus subditorum.

Quòd



**Q**uòd verò è cathedra bellorum jura recensēs,  
gaudeo. gavisum sufficiebat enim.  
Ipsa aliquandò tuas Academia patria laudes  
concinet, ut studium nostra Salana probat.

*Præstantissimo Dn. Respondenti con-  
victori suavissimo ex animo gra-  
tularur*

Sigismundus Peilick D. J. U.

---

**N**on unum est, quò, Docte, places, & porrò placebis,  
Ingenium, & labor, & lex benè cœpta legi.  
Lex benè cœpta legi tibi prospera quæq; minatur.  
dimidium facti, qui benè cœpit, habet.

Boni ominis ergò  
f.

PRÆSES.

---

*His versibus Scæzontibus,*

**L**ex, Gentium statuta moribus, plebis  
In sceptra compulsæ lares, opes, dicit,  
Victoris esse. Tu per-eruditum quod  
jam prælium paras, (bonâ alite optamus!)  
absolve victor: & quoq; audies dici,  
jò, occupavit iste gloriam pulchram!

*Eximio atq; Præstantissimo Domino  
Respondenti, convictori & Amico  
plurimum honorando gratulari vo-  
luit*

Paulus Brunner.



**I**mpiger ut miles prædâ commotus opimâ  
Non renuit brumæ frigora dura pati.  
Non illum vellus siccarum terret aquarum  
Non illum ventus, nec tenet imber aquæ.  
Nectardat somnus, nec mœsta crepuscula noctis,  
Sub gelido callet sæpe jacere Jove  
Sic te raptat amor didicisse fideliter artes  
Ut quondam felix digna brabéa feras.  
Sed bene: nam Musæ vendunt sua cuncta labore  
Et nisi callofis præmia dant manibus:  
Belle cœpisti: faveant bona Numina cœptis  
Ipse precor, pergas præmia docta feres.

*Eximio ac Præstantissimo Dn. Responden-  
ti, commensali suavissimo, Fautori &  
Amico honoratissimo fac.*

Daniel Brunner.













ULB Halle  
003 260 119


3



*Handwritten signature or initials*











DISCURSUS JURIDICUS <sup>4.</sup> 1648, 8  
*De*  
OCCUPATIONE <sup>18</sup>  
BELLICA

Cujus Subjectas adsertiones  
FAVENTE S.S. TRIADE  
SUFFRAGANTE MAGNIFICO ET NOBILISSIMO  
JCTORUM ORDINE IN ILLUSTRILL. NUTRICE  
SALANA

MODERATORE

*VIRO Consultissimo atq; Clarissimo*  
DN. JOHANNÉ THOMÆ  
J. U. Doctore, Patrono Promotore ac Præceptore  
suo omnimodæ observantiæ cultu nunquam  
latis adficiendo

*Examini Placido Submittit*

CHRISTOPHORUS PATTONE

Regiomontanus Prussus.

IN ACROASI JCTORUM

ad d. Sept.

Justissima patiendi vice, quod quisq; alieno excogitavit  
Supplicio, excipit suo, Sen.

---

J E N Æ,  
è CHALCOGRAPHÉO LOBENSTEINIANO.  
Anno cło lbc lll.